

les distantias est inverse, ut quadratum distantiae. Gravitatem hanc revera dari in Systemate nostro Planetaryo, ex Phænomenis probandum venit.

Planetæ a Sole ad distantias varias impetui primæ projectionis, & maf-
sæ proportionatas semel projecti, re-
volvuntur circa omnium corporum
Systema componentium commu-
ne Centrum Gravitatis, quod pro-
pter Solis ingentem magnitudinem,
qua reliqua corpora longè superat,
parum ab eodem distat. In motibus
fuis lineas ellipticas describunt. Sin-
gulorum Planetarum primiorum
orbitæ disponuntur, ut focorum al-
ter cadat in centro Solis, unde Pla-
ne.